Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

APOCA

thronum librum scriptum intus
et foris signatum sigillis septem. Et
vidi angelum fortem predicantem
voce magna. Quis est dignus ape
rire librum et soluere signacula eius.
Et nemo poterat ~~in celo et in terra~~
neque in celo neque in terra neque sub terra
aperire librum neque respicere
illum. Et ego flebam multum quo
niam nemo dignus inuentus est ape
rire librum nec videre eum. Et unus
de seniorib dixit mihi. Ne flue
ris. Ecce vicit leo de tribu iuda ra
dix dauid aperire librum et solue
re septem signacula eius. Et vidi et ec
ce in medio throni et quatuor animali
um et in medio seniorum agnum sta
tem tanquam occisum habentem cornua
septem et oculos septem qui sunt
septem spiritus dei missi in omnem ter
ram. Et venit et accepit librum
de dextera sedentis in throno. Et
cum aperuisset librum quatuor
animalia et xxiiii seniores ceci
derunt coram agno habentes singuli
citharas et phialas aureas ple
nas odoramentorum que sunt
orationes sanctorum. Et cantabant
canticum nouum dicentes dig
nus es domine deus accipere
librum et aperire signacula eius
quoniam occisus es et redemisti
nos deo in sanguine tuo ex omni
tribu et lingua et populo et na
tione et fecisti nos deo nostro re
gnum et sacerdotes et regnabi
mus super terram. Et vidi et audi
diui uocem angelorum multorum
in circuitu throni et animalium
et seniorum et erat numerus illo
rum milia multa dicentium
voce magna. Dignus est agnus
qui occisus est accipere virtutem
et diuitiam et sapienciam et
fortitudinem et honorem et glori
am et benedicionem in secula seculo
rum amen. Et omnem creatu
ram que in celo est et que super
terram et subtus terram et que sunt
in mari et que sunt in eo omnes
audiui dicentes sedenti in throno
et agno benedicio et honor et gloria
et potestas in secula seculorum
Et quatuor animalia dice
bant amen. Et xxiiii seniores
ceciderunt in facies suas et adora
uerunt uiuentem in secula secu
lorum.

VI

Et vidi quod aperuisset ag
nus unum de septem sig
nacullis et audiui unum
de quatuor animalibus dicens
tamquam vocem tonitrui veni et
vide. Et vidi. Et ecce equus albus
et qui sedebat super eum habebat ar
cum et data est ei corona et exiuit
uincens ut uinceret. Et cum ape
ruisset sigillum secundum audiui
secundum animal dicens veni et
vide. Et exiuit alius equus rufus
et qui sedebat super illum datum
est ei ut sumeret pacem de tra
et ut inuicem se interficiant et
datus est illi gladius magnus et